

**Disputatio inauguralis de febris tertiana ... / publice & solenniter
examinandam proponit Daniel Espich, Argentoratensis. Ad Diem 22. Iunij.**

Contributors

Espich, Daniel, active 1647.

Mülbe, Johann Philipp, active 1625-1667

Publication/Creation

Argentorati : Typis Johannis-Philippi Mülbii, Academiae Typographi, 1648.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ztmms3sn>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

FEBRI TERTIANA.

QUAM

Deo, Opt. Max. Archiatro auxiliante,

Iussu & Decreto Magnifici, Nobilissimi, Amplissimiq,

COLLEGII MEDICI IN INCLYTA
Argentoratensium ACADEMIA

Pro

summis in Arte MEDICA Honoribus &

Privilegiis Doctoralibus impetrandis,

Publice & Solenniter examinandam
proponit

DANIEL ESPICH, ARGEN-
TORATENSIS.

*Ad Diem 22. Iunij, Horis à septima
matutinis.*



ARGENTORATI

Typis JOHANNIS-PHILIPPI MÜLBI,
Academiae Typographi, 1648.



LIBERALISSIMI STIPEND

SCHENCKBECHERIANI

Præfectis & Executoribus fidelissimis,

V I R I S

AMPLITVDINE, PRVDENTIA, REVERE
da dignitate, Consilio, Experientia, variarumque rerum
usu Eminentissimis, Excellentissimis, Clarissimis.

Dn. ISRAELI DIEFFENBECHERO, Inclytæ hujus R
XV. Viro, Collegii Schenckbecheriani Ephoro.

Dn. JOHANNI SCHMIDT, SS. Theologiæ
Doct. ac Prof. Conventus Ecclesiastici Præ-
fidi, ac Capituli Thomani Præposito.

} Dicti Collegii
Directoribus

Dn. JOH. FRIDERICO à Gottesheim/ Quæstu-
ræ ad D. Nicolai & Matthæi in Undis curator.

Dn. JOH. RUDOLPHO SALTZMANNO Seniori, Med. D.
& Professor: Facultatis Medicæ h. t. & Capituli Thomani
cano ac Reip. Archiatro, Propatri suo honoratissimo.

Dn. MELCHIORI GREINERO, U. J. Doctori & Præc
consultissimo.

Dn. NICOLAO JUNDT, Jcto & inclytæ hujus Reipub. S
dico atque Archigrammateo.

Dn. JOH. CASPARO BERNEGGERO, Reip. Patriæ Secreta

Dn. JOHANNI JOACHIMO Frank/ Collegii XV viro
Reipub. à Secretis & nominati Collegii Quæstori.

*Dnm. Patronis, Fautoribus, Promotoribus atq; Præceptoribus
suis in æternum Venerandis & suspiciendis.*

Hanc Disputationem Inauguralem, in debitæ Gratitude
monium ac sui suorumque studiorum ulteriorem comm
tionem

Submissè

Dicat, Consecrat & Offert

Daniel Espich, Argentiner

DISPUTATIO
DE FEBRI TERTIANA.

THESIS I.

IN Febri Tertia *primum* notandum est Nomen; 2. Definitio; 3. Differentiæ; 4. Sedes affecta; 5. Causæ; 6. Signa; & 7. Curatio.

II. *Nomen igitur quod spectat*; Dicitur Febris à vitate, quod instar beluæ furiosissimæ, violenta ferocitate omnes actiones corporis, tam animales, quam vitales & naturales, diris dolorum cruciatibus quoquo modo lædere & affligere possit: Vel fervore, quod idem Veteribus (*Scaligero attestante*) à februo, quod ergo significat, deducitur, eò quod qui febricitant, purgentur ali. Græcis dicitur πυρετός, πυρεξίς ἢ πυρεξία, ἐν τῷ πυρεῖ, quod vis instar corpus excruciet, teste Gal. l. de diff. feb. c. 3. & ab Hippoc. duplici voce πυρ vocatur. Tertia autem dicitur, quia tertio die exysmum suum repetit.

III. Definitur autem Febris in genere, quod sit intempus calida p. n. in corde accensa *primum*, dein in universum corpus effusa per venas & arterias, omnes actiones lædens ac interpellans. Natura enim & essentia febris posita est in calore p. n. cujus constituendam febrem, hæc 4. requiruntur conditiones: *Primo* sit universalis; *Deinde* ut sit in corde accensus; *Tertio* ut constans & aliquandiu permanens; *Quarto* ut lædat actiones.

IV. In specie autem Tertia febris, πυρετός tertίος, Græcè à circuituum ordine nomen accepit, quod nimirum alternis diebus vel exacerbetur vel recurat, *ut modo dictum*: Et est Febris putrida, tertio quoque die circuitus repetens ex putrefacta bile orta.

V. Differentiæ Tertianæ febris sunt variae.
1. *Prima desumitur à modo generationis*; Unde alia est primigenia primaria, quæ ex se ipsa, non ex alia præcedente febre originem trahit; Alia vero morbum alium insequitur, quæ aliarum febrium continuarum vel intermittentium soboles est, & à parte aliqua

inflammata oritur, unde symptomatica nominatur, præcipue bilis efferbuerit ac inde Erysipelatodes nuncupatur.

2. *Secunda petitur à modo invasionis*; Hinc alia continuo agit, & Tertianæ continua nominatur; quæ duum est generum; *1. ma* continuo durat, à principio usque ad finem, sine ulla remissione, vel exacerbatione, & *αἰσθησις* proprie appellatur: *Altera* continuo quidem durat, certis tamen intervallis, & periodis exacerbationes habet: alia vero alternis tantum diebus invadit, & sub nomine Tertianæ intermittentis venit, quod unum diem plane vacuum linquat, altero vero rursus invadat, & eodem desinat.

3. *Ratione formæ*, alia Tertianæ est levis & remissâ, quæ non in opere lædit, alia vero gravis & intensa, quæ vehementer excruciat.

4. *Ratione Temperis & durationis*, alia est brevis, quæ septimo circuitu terminatur, teste Hippocr. 4. Aph. 59. alia diuturna, quæ per res paroxysmos habet, & chronica nominatur; *cujus exemplum* *Idinius Ronsejus* epist. 13. memorat, in matrona aliqua, quæ per triginta annos febris Tertianæ fuit defatigata.

5. *Ratione Causæ efficientis*, alia est exquisita, quæ ex sanguine bilioso, vel bile excrementitia ortum ducit, alia notha, & illegitima, quæ non ex bile sincera, sed pituitæ permixta, vel ex bile sanguinis aut melancholia invicem mixtis, oritur.

6. *A Quantitate causæ*, alia vocatur simplex, quæ ex unius humbris putredine orta, alia composita, eaque vel duplex, triplex, quæ ex uno quidem humore bilioso, sed duobus tribusve locis putrefacto prolesinata est. Alia denique confusa, quæ ex moribus diversis, inter se confusis, emergit.

7. *Ratione Moris & qualitatis*, alia est mitis, & benigna, quæ sanguine bilioso, vel bile flava, aut pallida putrefacta genita, alia rox & vehemens, quæ ex vitellina, porracea, & æruginosa procreatur, alia maligna, cujus causa vulgaris putredinis gradum transcendit.

8. *Ratione Temporis anni*, alia est æstiva Tertianæ, alia autumnalis, teste Hippocr. 3. aph. 21. & 22. alia vernalis, aut hyemalis.

9. *Ratione Ætatis*, alia est infantum, alia juvenum, teste *Comment.* 29. aph. sect. 3. alia consistentis ætatis, teste eodem Gal.

10. *Ratione Eventus* alia est salutaris, alia lethalis.

11. *Ratione Periodi quam observat*, alia est ordinata, alia inordinata, quæ nullum certum ordinem observat, sed modo citius, modo tardius redit.

12. *Ratione Loci putredinis*, alia intra vasa putrescit, alia extra vasa.

13. *Ratione adjunctorum*, alia est solitaria tantum, & simplex, alia composita cum continuis, vel intermittentibus: Et quidem tertiana intermittens cum quotidiana continua implicatur, quæ febris Græcis *ἡμικτήνη*, *Semitertiana* vulgo nominatur, vel componitur ex quotidiana intermittente, & tertiana continua.

14. *Ratione Motus*, alia celeriter movetur, quæ sua tempora celeriter transit, alia tardè.

VI. *Sedes seu pars affecta* in Tertiana febris, est totum corpus, quia totius corporis actiones læduntur. Nam qua corporis parte sudor, ibi morbus, teste Hippocr. 4. aph. 38. & ibidem aph. 39. qua parte corporis inest calor aut frigus, ibi morbus: Affirmante Gal. l. 1. de loc. affect. cap. 1. ubi signa partem affectam demonstrantia proponit, quorum sunt. 5. *Actio lasa, Excreta, Situs partis affectæ, Doloris proprietas & propria accidentia.*

Principaliter tamen & *πρώτως* læditur cor, tanquam proprium subiectum. Nulla enim febris est, nisi calor in corde accendatur hinc per arterias, & venas toti corpori communicatur.

VII. Focus autem & sedes materiæ antecedentis hujus febris, est partim intra venas, partim extra. Intra venas, potissimum autem majores, hæret materia Tertianæ continuæ: Extra vero venas istas maxime reperitur Tertianæ intermittens focus, in prima potissimum regione corporis, quæ rigatur ramis venæ portæ, circum præcordia, ventriculum, diaphragma, jecoris cava, lienem, pancreas, omentum aut mesenterium. Hæ siquidem partes teste Fernel. l. 4. pathol. c. 10. sunt quasi publica corporis sentina, in quam omnis confluit cumulatque humorum colluvies.

VIII. Causæ Tertianæ duplices sunt, vel internæ, vel externæ. Internæ rursus sunt vel remotæ, & mediata, seu antecedentes, vel proximæ, seu immediata ac continentes.

IX. Externæ causæ sunt, quæcunque ad humoris biliosi generationem ab extra conspirant, suntque geminæ, vel necessario, vel non necessario nos alterantes.

X. Quæ necessario id præstant, sunt illæ sex res non naturales: *Aër scilicet Cibus & potus, Motus & quies Somnus & vigilia, Excreta & retenta, ac Animi pathemata*: quæ res omnes ex illegitimo usu, Tertianæ causæ fieri possunt: *Aëris nimirum fervida ac sicca constitutio,*

tio, qualis in æstate, & regionibus calidis esse solet: Alimenta calida & sicca, qualia sunt, quæ admodum salita & aromatizata, ita putredini obnoxia, ut & inedia, victus valde tenuis, parcus & rursus, teste Fernel. l. 4. pathol. c. 13. Usus vini generosioris, ac meracioris: Motus nimius ac immoderatus: Quies nimia, vita otiosa, sedentaria, ac sellularia: Vigiliæ immoderatae: Suppressa bilis vacuata spontanea, aut intermissa, quæ medicamentis fieri consueverat per loca consueta: Curæ graves, attentæ cogitationes, ira & excandescencia; De quibus in compendiis & Institutionibus medicis copiosissime agitur, quæ consulenda sunt.

XI. Non necessario nos alterantes causæ etiam Tertianam producant, ac quaternario numero veniunt, ex scilicet quæ assumuntur, quæ geruntur, quæ retinentur & excernuntur, denique quæ fueris adhibentur, aut incidunt: v.g. usus Balneorum calidorum, vel etiam nimio opere refrigerantium: Item Medicamenta calida & acria, rerumque aromaticarum nimius usus; Emplastra, Unguenta, Fomenta & cataplasma obstruentia &c.

XII. Causa Remota interna & antecedens Tertianæ febris est humor biliosus in corpore redundans. Ad quem humorem fuscipiendū corpus disponunt, Transpiratio prohibita, ob obstructionem pororum, cutis densitatem, Ætas juvenilis, Habitus corporis gracilis: Potissimum autem vim habet in disponendo corpore ad Tertianam, tum totius corporis, tum maxime jecoris calida & sicca constitutio, ejusque vasorum obstructio, cum imbecillitate ventriculi. Nam si concoctio in illo non recte administratur, maximus fit proventus humorum vitiosorum, quoniam errata primæ concoctionis non corriguntur in secunda, neque in tertia: Et caliditas illa intensa jecoris sui generis & sibi similem procreat humorem, qui deinde morborum calidorum est causa efficiens, maxime si ei conjungatur vasorum illius obstructio, tunc ἀνάδοσις illa recte perfici non potest: Humores ergo subsistunt, ac putredinem acquirunt, & calorem p. n. cordi communicant; Vel parti alicui vitiosa dispositio, pravos humores generans communicatur, talis enim vitiosa dispositio, seu μίζομα tale instar fermenti sese habet, unde subinde plures vitiosi humores generantur, bonique corrumpuntur.

Chymici causam referunt in materiam nitrosulphuream, quæ causa si recte intelligatur, concedi potest.

XIII. Causa proxima ac continens Tertianæ febris, qua

XIII. Cau-

posita ponitur, & qua ablata aufertur, est vapor putridus, ab humore bilioso putrescente, partim per venas & arterias, partim per vias abditas atque occultas ad cor delatus. Putrescit autem humor biliosus vel intra vasa, in venis arteriisque; majoribus, quæ intra alas & inguina excurrunt, unde febris Tertianæ continua oritur: vel extra vasa ista, in prima corporis regione, aut in habitu corporis, unde Tertianæ intermittens accenditur.

XIV. Causa continuitatis, hæret in venis majoribus, cordique vicinis, in quibus materia putrescit, unde continuo, ac indefinenter vapores isti putridi cordi communicantur, hinc à principio usque ad finem continuo durat. Causa vero remissionis continetur in vasis cordis remotioribus, & in propria *ἰδιοσυγκροσία* humorum, unde quidem continuo durat, certis tamen intervallis exacerbatur, & remittitur febris. Causa autem intermissionis videtur illa esse, quod certis solum intervallis, ac periodis vapor putridus cordi communicetur, quo vapore discusso, febris plane cessat, donec nova materia rursus cordi communicetur, indeque febris accenditur. Causa vero Reditus tertio quoque die, ex natura ac peculiari *ἰδιοσυγκροσία* humoris biliosi dependet, qui humor alternis diebus moveri consuevit.

XV. Signa sunt vel diagnostica, vel prognostica.

Signa Diagnostica sunt, quæ præsentem statum ostendunt, suntque vel *παθογνωμονικά* quæ morbum ejusque naturam indicant, vel *αἰτιολογικά*, quæ causam morbi revelant, vel Distinctiva, quæ morbum ab aliis affectibus distinguunt.

XVI. Signa *παθογνωμονικά* petuntur secundum Gal. l. i. de loc. aff. c. 5. à quatuor potissimum, 1. ab Excretis, 2. à Situ partis, 3. à proprietate doloris, denique 4. ex propriis accidentibus: Quibus quinta commodè quoque addi potest, *læsa sc. actio*; Quæ tamen actio læsa, potius partem affectam, non quis in ea sit affectus exprimit.

XVII. Sunt autem Actiones læsæ in Tertianæ febre, tri-
lices; *Animales, Vitales & Naturales*. Tertianariis enim quandoque Phantasia & ratiocinatio depravatur, à vaporibus calidis, ac biliosis, unde deliria varia accidunt, Vigiliæ nimis urgent, somniant de-
ixis, digladiationibus contentionibus, sunt inquieti, doloribus capitis vexantur. Vitales autem functiones potissimum læduntur
uoniam fons & origo actionum vitalium læditur: Respiratio est
difficilis & magna, cui etiam inæqualitas ipsius respirationis, &
pulsus

tio, qualis in æstate, & regionibus calidis esse solet: Alimenta calida & sicca, qualia sunt, quæ admodum salita & aromatizata, item putredini obnoxia, ut & inedia, victus valde tenuis, parvus & rarus, *teste Fernel. l. 4. pathol. c. 13.* Usus vini generosioris, ac meracioris: Motus nimius ac immoderatus: Quies nimia, vita otiosa, sedentaria, ac sellularia: Vigiliæ immoderatae: Suppressa bilis vacuatio spontanea, aut intermissa, quæ medicamentis fieri consueverat per loca consueta: Curæ graves, attentæ cogitationes, ira & excandescencia; *De quibus in compendiis & Institutionibus medicis copiosissimè agitur, quæ consulenda sunt.*

XI. Non necessario nos alterantes causæ etiam Tertianam producant, ac quaternario numero veniunt, ex scilicet quæ assumuntur, quæ geruntur, quæ retinentur & excernuntur, denique quæ feris adhibentur, aut incidunt: v.g. *usus Balneorum calidorum, vel etiam nimio opere refrigerantium: Item Medicamenta calida & acria, rerumque aromaticarum nimius usus; Emplastræ, Unguenta, Fomenta & cataplasmatæ obstruentia &c.*

XII. Causa Remota interna & antecedens Tertianæ febris est humor biliosus in corpore redundans. Ad quem humorem fuscipiendū corpus disponunt, Transpiratio prohibita, ob obstructionem pororum, cutis densitatem, Ætas juvenilis, Habitus corporis gracilis: Potissimum autem vim habet in disponendo corpore ad Tertianam, tum totius corporis, tum maxime jecoris calida & sicca constitutio, ejusque vasorum obstructio, cum imbecillitate ventriculi. Nam si concoctio in illo non recte administratur, maximus fit proventus humorum vitiosorum, quoniam errata primæ concoctionis non corriguntur in secunda, neque in tertia: Et caliditas illa intensa jecoris sui generis & sibi similem procreat humorem, qui *deinde* morborum calidorum est causa efficiens, maxime si ei conjungatur vasorum illius obstructio, tunc *ἀνέκδοτος* illa recte perfici non potest: Humores ergo subsistunt, ac putredinem acquirunt, & calorem p. n. cordi communicant; Vel parti alicui vitiosa dispositio, pravos humores generans communicatur, talis enim vitiosa dispositio, seu *μικρομα* tale instar fermenti sese habet, unde subinde plures vitiosi humores generantur, bonique corrumpuntur.

Chymici causam referunt in materiam nitrosulphuream, quæ causa si recte intelligatur, concedi potest.

XIII. Causa proxima ac continens Tertianæ febris, quæ

XIII. Cau-

osita ponitur, & qua ablata aufertur, est vapor putridus, ab humore bilioso putrescente, partim per venas & arterias, partim per vias abditas atque occultas ad cor delatus. Putrescit autem humor biliosus vel intra vasa, in venis arteriisque majoribus, quæ intra alas & inguina excurrunt, unde febris Tertianæ continua oritur: vel extra vasa ista, in prima corporis regione, aut in habitu corporis, unde Tertianæ intermittens accenditur.

XIV. Causa continuitatis, hæret in venis majoribus, cordique vicinis, in quibus materia putrescit, unde continuo, ac indefinenter vapores isti putridi cordi communicantur, hinc à principio usque ad finem continuo durat. Causa vero remissionis continetur in vasis cordis remotioribus, & in propria *ἰδιοσυγκροσία* humorum, unde quidem continuo durat, certis tamen intervallis exacerbatur, & remittitur febris. Causa autem intermissionis videtur illa esse, quod certis solum intervallis, ac periodis vapor putridus cordi communicetur, quo vapore discusso, febris plane cessat, donec nova materia rursus cordi communicetur, indeque febris accenditur. Causa vero Reditus tertio quoque die, ex natura ac peculiari *ἰδιοσυγκροσία* humoris biliosi dependet, qui humor alternis diebus moveri consuevit.

XV. Signa sunt vel diagnostica, vel prognostica.

Signa Diagnostica sunt, quæ præsentem statum ostendunt, suntque vel *παθογνωμονικά* quæ morbum ejusque naturam indicant, vel *ἀπολογικά*, quæ causam morbi revelant, vel Distinctiva, quæ morbum ab aliis affectibus distinguunt.

XVI. Signa *παθογνωμονικά* petuntur secundum Gal. l. i. de loc. aff. c. 5. à quatuor potissimum, 1. ab Excretis, 2. à Situ partis, 3. à proprietate doloris, denique 4. ex propriis accidentibus: Quibus quinta commodè quoque addi potest, *læsa sc. actio*; Quæ tamen actio læsa, potius partem affectam, non quæ in ea sit affectus exprimit.

XVII. Sunt autem Actiones læsæ in Tertianæ febre, triplices; *Animales, Vitales & Naturales*. Tertianariis enim quandoque Phantasia & ratiocinatio depravatur, à vaporibus calidis, ac biliosis, unde deliria varia accidunt, Vigiliæ nimis urgent, somniant deliriosis, digladiationibus, contentionibus, sunt inquieti, doloribus capitis vexantur. Vitales autem functiones potissimum læduntur quoniam fons & origo actionum vitalium læditur: Respiratio est difficilis & magna, cui etiam inæqualitas ipsius respirationis, & pulsus

pulsus conjungitur; velox enim systole, diastole vero tardior est modo quoque pulsus est celer, modo tardus, & rursus modo fortis, modo languidus, ut plurimum vero pulsus magnus est, validus velox, & frequens. *Præterea* Naturales actiones non parum incommodi sentiunt: sitis enim aliquando adeo urget, ut vix sisti possit, quidam etiam singultu, vomitu, nausea & inappetentia cibi vexantur &c.

XVIII. Ab Excretis desumuntur signa in tertiana; Quia Urina est penitus cruda, vel obscure concocta, idque maxime initio, crassa item, rubra ac turbida existit, in qua nihil secernitur: interdum vero tenues apparent urinæ, biliosæ, ac flammæ, sed rubræ, & turbidæ, propter obstructionem; biliosa quoque interdum per vomitum excernuntur.

XIX. Ex situ partis cognoscitur Tertiana, quia calor communicatur cordi, sive humor putrescat intra vasa sive extra; qui deinde toti corpori communicatur; Ac si ex putredine intra vasa ortus sit Tertiana, continuo illa durat; Si vero extra vasa putruerit humor, certa intervalla habet.

XX. Dolor quoque aliquid indicat, in tertiana inflammatorius scilicet calidissimam intemperiem monstrat, qui si sit acerrimus à bile oritur adusta.

XXI. Propria denique accidentia Tertianam manifestant. In ore enim amaritudo percipitur, adest siccitas, & scabrities linguæ; In intermittente v. sensus gravitatis in hypochondriis quandoque adest, pandiculatio, & oscitatio paroxysmos præcedit cum refrigeratione, rigore, & horrore.

XXII. Signa Causam tertianæ manifestantia, ἀπολογητικὰ dicta, cognoscuntur ex 4. fontibus. Primo ex rebus naturalibus v.g. ex temperamento cholericis, ad caliditatem & siccitatem delabente, habitu corporis gracili, calida & sicca constitutione viscerum, potissimum autem jecoris, iracundis actionibus, excrementis biliosis, etate juvenili, & media sæculi constante. Secundo ex rebus non naturalibus, tam necessario, quam non necessario nos alterantibus, de quibus jam dictum: Nam omnia illa, quæ ad productionem bilis conspirant, hujus morbi causæ & signa esse possunt. Tertio ex rebus p. n. v.g. ex symptomatibus, rigor scilicet horrore & refrigeratione alternis diebus invadente, dolore capitis vigiliis nimis, vomitionibus biliosis &c. Denique quarto ex Juvantibus &

laxantibus

ædentibus. *Iuvant humectantia & refrigerantia, contra vero nocent calefacientia & siccantia.*

XXIII. Signa Distinctiva *tandem quod attinet*, quibus febris Tertiana à reliquis febribus dignoscitur, sunt hæc: *Primo* ut plurimum incipit Tertiana febris cum frigore, horrore aut etiam rigore, & quidem rigor est major quam aliarum febrium; *hinc* cessante rigore, calor invadit acris, & molestus, qui manum tangens ferit, estque hic calor fere signum pathognomonicum, quibus à reliquis febribus distinguitur; Laborans enim ita exurit, ut & corpus nudet, & varie se jactet, & spirandi difficultate oppressus, magnum, multumque spiritum ducat, sitique enectus frigidam exætat. *Præterea* sitis, vigiliæ, dolores capitis, amaritudo oris, reliquaque symptomata sunt vehementiora in hac febre, Urina magis nicta est, & quasi flammea apparet: Pulsus sunt majores, celeriores, & vehementiores. Tandem Tertiana est frequentior aliis febribus.

XXIV. Differt vero continua Tertiana ab intermittente, his notissimum notis. 1. ad manifestam & perfectam *ἀνυπεξία* seu *infectionem*, priusquam ex toto solvatur, non devenit, sed continuo affligit; contra fit in intermittente. 2. Exacerbationem nullum frigus, horror vel rigor antecedit, neque remissionem sapor quitur; contrarium accidit in intermittente: 3. Exacerbatur tertio quoque die, tum ob appulsum materiæ inæquali copia ad cor, propter loci distantiam, si exactè eas non observet; tum ob communicationem materiæ novæ à membris secundæ coctionis, si atas attendat exacerbationes.

XXV. In Tertiana autem intermittente exquisita, oscitatio, pandiculatio, refrigeratio extremorum, & molesta quædã corporis inæqualitas *primum* suboritur: Accessio primo statim die fit cum vehementissimo rigore, quod secus evenit in aliis intermittibus, sub cujus finem vomitio biliosa quandoque accidit: *Hinc* calor accenditur acer, pungens, & injectam manum acriter feriens, mox tamen mitior apparet, calore aucto, siti, vigiliis, doloribus capitis cruciantur, interdum supervenit delirium: Accessio ultra 12. horas non extenditur, interdum terminatur intra horas 7. vel 4. cum sudore multo, calido, & vaporoso: *Hinc* perfecta succedit infectione: Pulsus accessionis initio sunt parvi, tardi, ac rari, in crescente paroxysmo fiunt celeriores, crebriores ac vehementiores, omnisque inæqualitatis, præterquam febrilis expertes; cessante jam

Paroxysmo, febrilis illa inæqualitas relinquitur, quod D. Sennertus certissimum Tertianæ intermittentis signum esse putat: De qua inæqualitate agit Galen. l. 2. de diff. febr. c. 3. Circa statum paroxysmi, valde urget, ac tempus bibendi præsto est, ubi post potum vix plurimus per cutim erumpit, cui aliquando supervenit bilis vomitus, hinc venter solvitur, urina biliosa redditur, pulsusque est magnus & vehemens: Urina Tertianarum est subflava aut flammæ consistentiæ mediocris, &c.

XXVI. *Notha vero Tertiana* his notis deprehenditur. *mo* apparent signa reliquorum humorum redundantium, *melancholia sc.* & *pituita*, maximeq; hæc febris invadit cacochymicos, & inordinata victus ratione usi sunt; *deinde* non solum æstate, verum frequenter vere, autumno, imò & hyeme corripit homines: *Rigor* non est ita vehemens, sed diuturnior, calorque minus pungens, nusq; vehemens, neque æqualiter corpus afficit: *Ardoris* symptomata omnia mitiora; *Accessio* ultra duodecim horas extenditur pluribusve accessionibus terminatur non 7. ut exquisita.

XXVII. Febris vero, quæ alternis diebus bis vel ter exacerbatur, duplex vel triplex Tertiana nuncupatur, & cognoscitur his signis. Duplex Tertiana singulis diebus exacerbatur & desinit. Triplex vero uno die bis invadit, altero semel tantum. Quod si tertiam Tertiana intermittens cum quotidiana continua jungitur, febris peculiari nomine gaudet & Semitertiana nuncupatur, quælibet febris suum typum observat.

XXVIII. *Hæc de signis Diagnosticiis sufficiant, sequuntur prognostica*, quæ ex duobus fontibus hauriuntur ex morbo ipso & ætate ægrotantis.

XXIX. In morbo spectantur Species, Magnitudo, Motus & Mores. Speciem detegunt signa *παθολογικόν*: Magnitudinem *ἐπιμετρούμενα*; Motum & morem *ἐμφαινόμενα*. In corpore ægro considerantur. 1. *Qualitas corporis*, 2. *Actiones*, 3. *Excrementa*. Sub æqualitate comprehenduntur color, calor, figura, & motus. Actiones sunt triplices, *Animales*, *Vitales*, & *Naturales*. Excrementa vel universalia sunt, ut sunt *Urina*, *dejectiones*, *sudores*, *vomitibus*: vel particularia, ut *capitis*, *thoracis*, *renum* &c.

XXX. Prognostica quæ de speciebus Tertianæ desumuntur sunt sequentia.

1. *Continuarum febrium frequentissima est Tertiana.*

2. *Tertiana continua periculo non vacat* Hip. 4. Aph. 43. inquit Fe-
bres quæ tertio quoque die vehementius affligentes, non intermittant pericu-
loſiores: quoquo autem modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificant.

3. *Tertiana exquisita admodum rara eſt.* 4. *Omnium febrium frequentiſſima eſt Tertiana intermittens notha, & ſecuriſſima, interdum nec ipſa periculo caret, ut annotavit Lud. Mercatus. l. de febribus c. 6.*

5. *Ex intermittentibus febribus, Tertianam breviſſimam & mitiſſi-
mam eſſe ſcribit Gal. l. 1. de curand. rat. ad Glaucon. cap. 8. & Hipp.
aph. ſupra citato.*

6. *Tertiana exquisita per ſe lethalis non eſt, ſi recte à Medico tractetur: alias in morbum lethalem degenerat; cujus rei exemplum præbet Gal. l. 1. ad Glaucon. c. 9.*

7. *Tertiana aliquando in quartanam degenerat, bile ex aſſatione, & aduſtione, in humorem atrabilarium converſa.*

8. *Tertiana quæ à bile præſina, aut æruginoſa orta eſt, periculo, ob malignitatem humoris, & ſymptomatum vehementiam, minime vacat.*

9. *Semitertiana diuturna eſt & gravibus ſtipata ſymptomatibus: Eſt-
que periculofa ſemitertiana, non quod per ſe talis, ſed quod gravia
accidentia bilis diu durant, unde ventriculus ut plurimum læditur,
accidunt ſoporofus affectus, deliria ac vigiliæ urgent, frequens quo-
que eſt leipothymia, & ſyncope.*

10. *Duplex Tertiana frequens eſt, & periculofa; Triplex tamen pericu-
loſior exiſtit.*

11. *Æſtate vero nonnulli horum & febres continua & ardentes &
Tertianæ plurimæ, &c. 3. aph. 21.*

12. *Tertiana æſtate celerius multo quam hyeme judicatur, Gal. in com-
ment. 12. aph. ſect. 1.*

XXXI. Prognostica de magnitudine Tertianæ ſunt hæc.

1. *Quò longius Tertiana à naturali ſtatu receſſit, eò graviſſima.*

2. *Tertiana continua in ſene lethalis. 1. aph. 14.*

3. *Non minus periculofe decumbunt Tertianarij, qui in aëre frigido
valde uruntur.*

4. *Tertiana laborantes ſi viribus non conſtant, nec ſigna coctionis ap-
parent, fieri non poteſt, ut ſerventur. Gal. 11. M. M. c. 9.*

XXXII. Prognostica à motu ſunt iſta.

1. *Tertiana exquisita ſeptenis ad ſummum circuitibus terminatur,
Hipp. 4. aph. 59. & Gal. in comm. 4. aph. 43. Notha vero quo acceſſio
ultra horas 12. multum exporrigitur, quantoque longior fuerit,*

tanto impurior, nunquam septem, raro quatuordecim circuitibus
judicatur, sæpe vero longius excurrit, & ad 40. diem usque exten-
tur, nonnunquam durat ad menses 6. & desinit in vitia lienis,
etiam à vitiis lienis fovetur, & diuturnitatem inde acquirit.

2. *Tertiana continua ultra 14. dies non durat, interdum intra
dies finitur, imo si sit vehemens, 4. die terminatur.*

3. *Quibus accessiones fiunt, quacunque hora febris dimiserit, eadem
si postero die repetat, judicatu difficilis esse solet. 4. aph. 30.*

4. *Quibus in febribus certo die rigores repetunt, eodem febres solvi-
tur. 4. aph. 63.*

5. *Tertiana interdum est longissima, ut ex historiis patet; sic He-
nestam Matronam in aula Ericii Ducis Brunsvicensium, triginta
continuis annis febre Tertiana fuisse detentam, Balduinus Rom-
jus memorat Epist. 13.*

XXXIII. Prognostica à more sunt sequentia.

1. *Si rigor febre non intermittente, ægrum jam debilem invadit,
mortiferum est. 4. aph. 46.*

2. *In febribus non intermittentibus, si partes externæ algent, inter-
uruntur, & sitiunt, lethale est. 4. aph. 48.*

3. *Vbi in febre non intermittente difficultas spirandi, & delirium
ciderit, lethale, ibid. aph. 50.*

4. *Si febre ardente laboranti, rigor superveniat solutio fit. ib. aph.*

5. *Quibus per febres morbus regius supervenerit ante diem se-
ptimum, malum. aph. 62. ibid.*

6. *In febribus circa ventriculum æstus, & cordis morsus, malum
aphor. 65.*

7. *In acutis febribus convulsiones, & circa viscera vehementes dolo-
rum, malum. ibid. aph. 66.*

8. *In febribus per somnum pavores, aut convulsiones, malum. aph.*

9. *In morbis acutis non omnino sunt certæ mortis aut salutis præ-
sensiones. 2. aph. 19.*

XXXIV. Prognostica à natura ægrotantis.

1. *Tertiana in nullam ætatem magis ac frequentius cadit, quam
juvenilem.*

2. *Minus periculose ægrotant ii, quorum vel nature, vel ætati, vel co-
suetudini, vel tempori familiaris morbus est, quam quibus horum nulli affi-
cognatusque existit. 2. aph. 34.*

3. *Senibus acuti morbi non fiunt, frigidum enim eorum corpus
1. aph. 14.*

XXXV. Prognostica à qualitate corporis ægrotantis.

1. In febre non intermittente, si labrū, aut supercilium, aut oculus, aut nasus pervertitur, si non videt, si non audit, imbecillo jam corpore, quicquid horum acciderit, in propinquo mors. Hipp. 4. aph. 49.
2. Quibus per febres aures obsurduerint, ius sanguis è narib. profluens, aut perturbata alvus, solvit morbum: 4. aph. 60.
3. Vbi in universo corpore mutationes fiunt, ut si corpus refrigeretur & vicissim calefiat, vel color alius ex alio fiat, morbi longitudinem significat. 4. aph. 40. & 7. aph. 60.
4. Ungues nigri, & digiti manuum ac pedum frigidi, contracti, vel demissi, mortem proximam esse ostendunt. 8. aph. 10. & 11.
5. Labia livida, resoluta, inversa, & frigida si sint, mortiferum est: ibid. aph. 12.

XXXVI. Prognostica de actionibus.

1. In quovis morbo valere rationem, recteq. se ad ea quæ sumuntur habere, bonum, contra vero habere se malum. 2. aph. 33.
2. In febribus spiritus offendens malo est, convulsionem enim significat. 4. aph. 68.
3. Febricitantium non omnino leviter corpus sibi constare, nec minui, aut etiam plus æquo colliquefieri, malum; Hoc siquidem virium imbecillitatem, illud morbi diuturnitatem significat: 2. aph. 28.
4. Si à morbo belle comedenti, corpus non proficiat, malum. 2. aph. 31.
5. Qui adversa valetudine abunde initio comedunt, nec proficiunt, ij fere tandem omnes in cibi fastidium incidunt: contra qui initio forti inedia usi, cibum postea appetere incipiunt, à valetudine facilius liberantur. 2. aph. 32.

XXXVII. Prognostica ab excrementis tam universalibus quam particularibus in Tertianis.

1. Quin etiam Urina, alvi feces, sudores, & judicatu faciles aut difficiles, & breves vel longos morbos fore, cum superveniunt, demonstrant. 1. aph. 12.
2. Et qualia quæ per urinas, & alvum subeunt, & quæ per carnes abeunt, & si qua alia corpus à natura recedat, spectare oportet: Nam si parum parvus morbus est, si multum magnus, si valde multum, jam tale fuerit perniciosum. 7. aph. ult.
3. Excrementa alvi nigra, sanguini atro similia, sponte euntia, sive cum febre, sive citra febrem, pessima, & quanto ipsorum colores peiores fuerint plures, eo deteriora, à medicamento autem talia exigi melius est, idque quanto ipsorum plures fuerint colores. 4. aph. 21.

4. Quibus per morbos acutos, aut diuturnos, aut vulnera, aut al-
morbum extenuatis, atra bilis, aut velut sanguis niger subierit, postridie
riuntur, ibid. aph. 23.

5. Quibus non sine febre, urinae sunt crassae, grumosae, & paucae,
his tenues & copiosae metantur, pro sunt. Maxime vero tales redduntur
quibus statim ab initio, vel non ita multo post, sedimentum apparuerit
ibid. aph. 69.

6. Quibus per febres urinae turbatae, quales jumentorum, iis dolor
pitui vel adest, vel aderit: ibid. aph. 70.

7. Quibus per febres in urinis sedimenta crassiora, farinam referentia
longam in valetudinem fore significant. 7. aph. 31.

8. Quibus in urinis biliosa sedimenta, sed supra tenuia apparuerint
acutum morbum significant. ibid. aph. 32.

9. Quibus diversa sunt urinae, iis vehemens in corpore fit turbatio
ibid. aph. 33.

10. Quae per vesicam permeant, spectare oportet, an talia sint, quae
lia secunda valetudine subeant: Nam quae his minime sunt similia, insalubria
briora, quae vero valentibus similia, minime insalubria. ib. ap. 66.

11. Excreationes in febribus non intermittentibus lividae, cruentae,
faetidae, biliosae omnes male commode tamen si prodeant, bonae: Sed eadem
quoque est eorum, quae per alvum, & urinas excernuntur ratio, si quid
quod non juvet, per hac loca excernatur, malum. 4. aph. 47.

12. Sudores febricitantibus boni, qui manare coeperint die 3. 5. 7.
11. 14. 17. 21. 27. 31. & 34. ii enim sudores morbos judicant: Qui secus eveni-
runt, laborem, & morbi longitudinem, aut ejusdem reditum significant.
aph. 36.

13. Febricitanti sudor superveniens, febre agrotum non deficiente, morbum
lum, prorogatur enim morbus, & plus humiditatis inesse significat. ib. aph. 38.

14. Sudores frigidi, cum acuta febre, mortem, cum mitiore vero, morbi
bi longitudinem significant. ib. aph. 37.

15. Sudor multus, frigidus calidusve semper fluens, frigidus gravem
rem, calidus minorem morbum significat, ib. aph. 42.

16. A sudore horror, non bonum. 7. aph. 4.

Hac de prognosticis.

XXXVIII. Superest ultimum membrum nostrae Disputa-
tionis, nempe Curatio. Cum vero omnis medendi ratio, ac metho-
dus per indicationes procedat, quae ipsa auxilia, verumque auxi-
liorum usum insinuant. Quare ut Curatio febris Tertianae
metho-

methodica & dogmatica ; *Primum* ipsa indicantia , ad curationem morbi necessaria proponemus: *Deinde* materias auxiliorum, earumque usum indicabimus.

XXXIX. Sunt autem Indicantia triplicia, & desumuntur vel à morbo ipso, *scil. à febre tertiana.* & appellatur Curatorium, vel à causa & denominatur Præservatorium, vel à viribus ac Vitale dicitur. Duo priora sui ablationem indicant, posterius vero sui conservationem.

XL. Primam ergo indicationem suppeditat morbus, qui cum sit calida & sicca intemperies, sui ablationem per contraria indicat, *nempe per refrigerantia & humectantia*: Quia autem calor ille à vapore putrido, ut causa continente, dependet, ejus remotionem postulat. Isti autem vapores putridi, à materia putrescente ortum habent, qui non tolli possunt, sicut nec inde nata intemperies calida, nisi sublata putredine: Putredo vero tolli non potest, nisi sublata ejus causa.

XLI. Causarum ergo maxima est habenda ratio, &que ordine sunt investigandæ, ac ab ea, quæ ultima in resolutione fuit inchoandum, *deinde* ad eas deveniendum, à quibus initium factum fuit, *ut Gal. 11. M. M. c. 4. docet.*

XLII. *Primo* ergo humores isti, putredinem causantes, sunt evacuandi secundum præceptum Hipp. 2. aph. 22. *Qui à plenitudine morbi sunt, vacuatione curantur &c.* Evacuantur autem vel sensibilibiter, per venæ sectiones, purgationes, sacrficationes, hæmorrhoides, menses & sudores: vel insensibiliter, exercitiis moderatis, inedia, & aliis ejusmodi modis: Præmissa tamen præparatione, & concoctione. Nam crassi & crudi humores sunt attenuandi & concoquendi, lenti vero ac visceri incidenti: obstructions quoque aperiendæ; Dispositio denique corporis, ad tales humores generandos, est auferenda: *Videlicet jecoris calida constitutio est alteranda, refrigerantibus: ventriculi imbecillitas corrigenda & roboranda.*

XLIII. Denique virium quoque habenda est ratio, quæ conservandæ sunt similibus: Nam vires conservare, *ut loquitur Gal. 9. M. M. c. 13.* est vitam conservare.

XLIV. *Ultimo* etiam symptomatibus est prospiciendum, *utpote horrore, rigore, vigiliis, doloribus capitis, delirio & aliis similibus.* Hæc quamvis nihil indicent, nec curationem ad se trahant, sed sublata febre:

febri sponte cessent: Ex accidenti tamen etiam aliquid indicandum causæ naturam induunt, vel vires prostermentis, vel novum morbum generantis, vel præsentem morbum foventis.

XLV. *Atque hæc sunt indicantia quibus occurrendum. Sequitur instrumenta, & materiæ auxiliorum, quibus hæc præstare possumus. Quæ ex tribus fontibus hauriuntur, ex Pharmaceutico, Chirurgico, & Dietetico.*

XLVI. Pharmaciam quod attinet, in illa consideranda nit, primo primarum viarum expurgatio; deinde humorum præparatio; tertio præparatorum humorum evacuatio; tum Topicorum subsidiorum applicatio.

XLVII. Primas vias expurgantia, puta ventriculum intestina, venas meseraicas, cava jecoris, partesque vicinas, nuncupantur Lenitiva, suntque triplicia, aut per os assumuntur, aut per anum immittuntur, aut umbilico, imoque ventriforis applicantur.

XLVIII. Quæ per os assumuntur vel alimenta sunt, vel medicamenta. Alimenta sunt Malva, Lactuca, Spinachia, Beta, Mercurialis, pinguis, tura, brodiola carniū, ptisana, pruna dulcia cocta, mella dulcia elixa & assa, passule Corinthiaca, Uva passa, caro vitulina, agnina, hœdina, oleum olivarum recens expressum, ut & ol. amygd. dulc. Medicamenta vel simplicia sunt vel composita: Simplicia sunt Pulpa Fœtorum, Tamarindorum, cassia, Pruna Damascena. Composita medicamenta sunt, ac in officinis prostant, Decoct. fol. Sennæ, decoct. capivi, & Mes. decoct. fl. & fructuum, decoct. Aperitivum majus cum Rhabbarbo. Syr. Rosar. vel Violar. solut. simpl. syr. de Manna, de cichorio, de Rhabarb. Mel. Rosar. & Violar. solutivum. Pil. de Hiera simpl. de Hiera composita, Agarico; Assajereth: Russi Pestilentialia dicta. Aloëphangina; Francofurtenses. Cassia Extracta, Diaprunis lenitivum, Hierapicra &c.

XLIX. Quæ per anum immittuntur, vel sunt suppositoria, vel vices subeunt suppositoriorum, vel glandes & noduli, vel clysteres, vel vapores & halitus, qui ex emollientium & lenitivorum decoctis calentibus exspirant, anoque excipiuntur.

L. Suppositoriorum materia est varia, ut plurimum autem concinnantur ex melle cocto & concreto, cui admiscuntur pulveres, v. g. Pulv. Hiere Picre, Hiere Diacolocynthidos, Aloës. &c. ex iisdem rebus etiam glandes conficiuntur: Ex globulis maxime commendantur globuli moschati, vocati Bisemfuglen.

LI. Clysteres vel enemata parantur ex herbis emollientibus, *Malva scil. Althaa, Mercuriali, Parietaria, Branca Vrsina, fl. chamameli, melilot. rad. lil. alb. & aliis emollientibus*, quæ decoquuntur in sufficiente quantitate aquæ, decocta colantur, colato adduntur *Ol. commune, Ol. amygd. dulc. Sal. commune, saccharum Thomæum Vng. clysmaticum. Mel Violar. Benedicta laxativa, Hierapicra, Diaphoenicum, Cassia extracta & similia, de quibus consulendi Practici.*

LII. Umbilico imoque ventri foris applicantur Unguenta laxativa, ut *Vng. è Lathyride Fernel. Vng. Agrippæ Regis, Vng. de Aranita majus, Vng. de colocynth. Avicen.* Applicantur & sacculi ex simplicibus emollientibus parati.

LIII. Alvo hoc modo lenita, primisque viis expurgatis, ad cheirurgica præsidia accedendum, & inter ea primum ad venæsectionem, quæ quia magnum est remedium, competit etiam morbo magno: estque administranda in principio morbi. Quoniam febris est passio generis venosi, venæsectio passionem illam tollit, putredinem sc. humorum, præcipue biliosorum, & copiam illorum demit, corpus quoque refrigeratur, perspirabile redditur, & concoctiones juvantur, copia enim humorum dempta, natura reliquos feliciter aggreditur, & concoquit.

LIV. Vena ergo secanda, quoniam indicans venæsectionis adest, quod est ingens aliquod vitium sanguinis, siue illud sit in substantia, siue quantitate, qualitate vel motu: considerata tamen etiam sunt permittentia, *etas sc. consuetudo, & Vires.*

LV. Instituenda autem est Venæsectio tempore remissionis vel ἀπορρηξίας, in dextro latere; in specie autem aperienda est mediana, vel interna Basilica, *jecoraria dicta*; tantum autem sanguinis mittendum, quantum vires ferunt; majorem autem missionem sustinet tum ratione febris, tum ratione causæ.

LVI. Ubi vero menses substiterint in fœminis, ii provocandi sunt, vena aperta in talo, aut si hæmorrhoides non justo tempore fluant, motus excitandus apertione earum.

LVII. Si vero vires non permittunt venæsectionem, cucurbitulæ cum sacificatione, vel hirudines applicandi sunt; Hi enim sunt vicarii venæsectionis.

LVIII. Hisce peractis ad præparationem, & coctionem humorum biliosorum accedendū, *secundum præceptum Hipp. 1. aph. 22.*

πέποινα φαρμακείῃν καὶ κινεῖν, μὴ ὥμα, matura coëtaque purgare li
non cruda, nec per initia, nisi materia turgeat, ut plurimū vero
turget. Et 2. aph. 9. corpora ubi quis purgare vult, fluida faciat oportere.

LIX. In præparatione ergo duo attendenda: Primo humores sunt præparandi & concoquendi, qui cum calidi & sicci sint, frigerandi & humectandi, quia tenues, incrassandi: Secundo V per quas educendi sunt, aperiendæ.

LX. Id quod præstamus sequentibus medicamentis, c
vel simplicia sunt, vel composita. Ex simplicibus sunt Rad. Gram.
Cichorii, Oxalidis, Asparagi: Herbae item Cichorii, Endivia, Scariol. Son
Hepatic. Portulac. Lactuc. Plantag. Acetos. Rosæ: Semina quatuor frigida
jora, & minora: Berberes item, Ribesia, Cerasa acidula, & eorum suc
nec non succus Limon: citriorum, Aurant. & Granat. acidorum. Ex his
fieri possunt decocta horum simplicium, item aquæ stillatitiæ, quibus po
syrupi admiscendi. Ex Aquis stillatitiis sunt Aq. Cichorii, Pilosellæ,
div. Fragor. Fragaria, Taraxaci, Acetos. Graminis, item aq. Violar. Bug
Lactuc. Semperviv. Portulac. Alsines Anguria &c. Syrupi sunt, syr. de Endi
d Cichorio. d. succ. Melonum. Acetositat. citri, Acetosus simpl. & compos.
zantin. simpl. & compos. Violar. de succ. Buglossæ, Granat. dulc. Iujubine
Pomis simpl. d. Portulac. d. Rubo Ideo. August. Papav. errat. de Fragis. Oxy
simpl. oxysaccharum simpl. & compos. Iulepus Violaceus & Rosaceus: Quib
si addantur aquæ enumeratæ Julepi efficiuntur ad præparand
humores, & referandas vias satis accommodati, quibus parum si
ritus vitrioli vel salis admisceri possunt, ad gratam aciditatem.

LXI. Possunt quoque ad humorum fervorem tempera
dum emulsionem confici, ex seminibus frigidis, tum majorib
tum minoribus, cum aquis appropriatis. Huc etiam faciunt conse
fl. Cichorii. Acetose, Violar. Bugloss. Radices cichorii conditi. Lactuc. Hiss.
& vulgar. condita. Portulac. condita. Bugloss. condita, cerasa condita, B
beres conditi, Ribesia condita, mora condita. Species & Tabula Diatri
Santal. Myreps. spec. & tab. diatragacanth. frigidi. Diabuglossatum. T
chisci de camphora, de Nitro. &c.

LXII. Humoribus præparatis, & concoctis, ad purgant
accedendum, à vehementioribus tamen abstinendum, quæ sc. va
de trahunt, siccant, & calefaciunt, quoniam generationi febr
magis ansam præbent, ut & à nimium Scammoniatis. Sunt aut
alia purgantia vel simplicia vel composita.

LXIII. Ex simplicibus maxime commendantur *Manna.*

Cassia, Rhabarbarum, Aloë, Tamarindi, Myrobalani citrina; Succus Rosarum pallidar. & Violar. Ex compositis sunt *Syr. Rosat. & Violar. solut. simplex & compos. syr. de Rhabarb. solut. syr. de Cichorio cum Rhabarb. syr. è fl. Persicor. Mel. Violar. & Rosar. solutivum. Elect. de Psyllio Montagn. Elect. de Sebesten Montagn. El. Rosat. Mes. Elect. de succ. Rosar. Nicol. Diacatholicum Nicol. præpositi. Tab. è succo Rosar. tab. diacitri solut. tab. Diacarthami; Extract. Rhabarb. simpl. & compos. Extract. diacitri solut. Panchymagogen Crollij. Extract. Catholici Theophrasti. Pil. de Rhabarb. Pil. Stomachica Pil. aurea Nicol. &c.*

LXIV. Ubi tamen notandum, si bili etiam alii humores, vel pituitosi, vel melancholici admisceantur, medicamenta quæ tales humores respiciunt simul adjungenda esse.

LXV. Verum quia humores biliosi sæpe sursum vergunt, & maxime tempore invasionis paroxysmi Tertianæ intermittentis, in ventriculum ruunt, & vomitum causant, non inutiliter medicamenta vomitum cientia in principio paroxysmorum usurpantur, quia vitiosi hi humores sponte ad sui excretionem tendunt; imo experientia testatur, vomitoriorum usu in paroxysmo febrili febrem sublatam esse, commode ergo iis uti licet *V. G. Aquæ Benedictæ Rulandi. Extract. Ellebori cujus gutt. 6. vel 8. in haustu aquæ tepidæ, vini, aut decocti sem. Raphani cum syr. acetosæ simplici exhibentur. Vitriolum album vomitivum Crollij cum sacch. candi in aq. fœniculi dissolutum & calide bibitum. Item Aqua tepida hordei, cum syr. acetos. simpl. vel decocto sem. raphan. vel genistæ, Anethi, & oxymellite simpl. vel scillitico, addito pulv. rad. Asari, vel Diasaro Fernel. Decoctum item aq. Hordei cum ol. communi, vel amygdalar. dulc. &c.*

LXVI. Hisce & similibus medicamentis corpore probè expurgato, ad reliquias è corpore exturbandas accedendum. Quod fit nodulis istis purgantibus, qui hodierno die in frequenti usu sunt, qui conficiuntur ex radicibus, herbis, floribus, seminibus aperientibus, incidentibus, & purgantibus simplicibus, supra enumeratis, infusis in decocto Prunorum dulcium, horisq; matutinis præsumpto aliquo juscule propinantur: Lente enim ac egregie reliquias cacochymiae exhauriunt, naturam minime debilitant, potenter penetrant, & insigniter aperiunt.

LXVII. Quoniam vero natura recte agens, reliquias, par-

tim per sudores & urinas, partim per *ἄσυχον διαπνοὴν* h.e. per insensibilem transpirationem expellit, eæ excutiendæ sunt, & bene purga corpore sudorifera & diuretica præscribenda.

LXVIII. Ac Sudorem quod attinet, Medicus naturam imitari debet, quæ tam in continuis, quam intermittentibus, in ne paroxysmorum sudores movere solet, & vix ulla febris recte ne sudore curatur, & cessat: Medicus ergo idem faciat, ac reliqui humoris vitiosi sudoriferis discutiatur, vel ante vel in fine paroxysmi exhibitis. Observandum tamen quia hic morbus est calidus causam calidam agnoscit, caute in hydroticorum usu esse procedendum, ne dum tentamus causam febrilem expellere, eam magis augeamus, morbusque incrementum sumat, sed temperanda est talia medicamenta admixtione illorum medicamentorum, quæ morbum, & causam respiciunt. *Vsitatiora autem sunt Carduus Benedictus, Scabiosa, Fumaria, Tormentilla, Zedoaria, C. C. Sambucus, Lapis Eozoar, Theriaca, Mithridatium, Spiritus vini tartarizatus & similia.* Sunt autem hæc medicamenta repetenda, unica enim sudatio totam materiam vix tollit, sintque iusta dosi exhibita, & materiam non solum agitent, sed etiam e corpore expellant. *Maxime autem commendatur Sal. card. Benedict. & Absinthij in aqua aliqua dictorum simplicium vel jusculo exhibitum in prima statim invasione.*

LXIX. Non minorem quoque usum præstant Urinae cientia, ex illis commendantur, *sem. 4. frigidorum majorum & minorum, item nucl. persicorum emulsio cum sero lactis caprini, vel aq. hordeifragorum, Cichorij &c. parata.* conferunt & syrupi de fragis, Limos. Acetos. è duabus radicibus, cum aquis convenientibus, ut aq. fragorum alkekengi, parietar. Capill. Qis, Asparagi, gramin. &c. ex quibus conjunctis Julea conficiuntur: Semper tamen temperatiora sunt eligenda, quæ humores simul attenuant, viasque obstructionibus liberant.

LXX. Corpore hisce & similibus medicamentis purgato Corroborantia usurpanda sunt quæ vires respiciunt, atque confortant: cum enim morbus hic ex acutorum morborum numero sit viresque jacturam patiantur, illæ conservandæ sunt. Nam vires conservare, est vitam conservare, & morborum medicatrice sunt naturæ, Medici vero naturæ ministri i.e. virium conservatores, ac instauratores. *Sunt autem restaurantia, & confortantia Elect. resumptivum, Tab. & Spec. Aromatici rosat. Elect. de gemm.*

frigid.

*igidum, spec. & tab. Diamargarit. frigid. Diarhodon Abbatu, Diatrion San-
alorum & c.*

LXXI. Simul quoque est habenda ratio viscerum, maxime
ero hepatis, quod ut plurimum hic afficitur. Commendantur au-
em præcæteris sequentia: *Trochisci de Absinthio, de Rosis, de Eupatorio;*
inserva citri, Rosar. Violar. Vitriolat. & c.

LXXII. Ad calorem temperandum, etiam Topica exter-
a conveniunt, quæ vel universalia sunt, quæ totum corpus am-
iunt; vel Particularia, quæ certis duntaxat corporis partibus ap-
licantur: v. gr. *Hepati, cordi, carpis manuum, plantis pedum, fronti.* Ex
Universalibus est balneum aquæ dulcis, quod Gal. l. 1. ad Glau-
ostquam signa concoctionis apparuerunt, duabus de causis com-
endat; *Primum* quia actualiter humectat, potentialiter refrige-
at: *Deinde* quia aliquid bilis educit, poros enim aperit, quibus
pertis, fuligines, & calor febrilis melius expirant. Verum, quo-
iam corpora hodie balneorum usu non ita assueta sunt, desitque
atio illa balneorum antiquis usitatorum, caute & cum præme-
itatione concedenda sunt, & potius fomenta locorum particu-
arium usurpanda.

LXXIII. Particularia verò topica sunt frontalia, Epithe-
mata cordialia & Hepatica, & illa quæ carpis manuum, & plan-
is pedum applicantur. Frontalia fiunt ex *Aq. Rosar. papav. errat.*
ligustri, plantag. solan. lactuc. nymph. fl. sambuci, semperviv. ver-
en. aceto rosaceo vel sambucino. Cordialia epithemata parantur ex
q. Rosar. Violar. bugloss. acetos. aceto rosaceo, de Rubo. Ideo, camph. spec.
iamargarit. frigid. diatrion santal. Hepatica epithemata Ex *aq.*
ichor. Endiv. fragor. portulac. taraxaci, nymph. acetosell. aceto rosar. spec.
diatrion. santal. diarhodon. troch. de Camphora. concinnantur. Plan-
is pedum & carpis manuum eadem medicamenta conveniunt;
æterea prosunt *oxyrhodinum, Vng. Populneum, Rosar. & Alabastrin.*
rosar. Nenuphar. Ligustrin. Papaverin. & c. Spina dorsi quoque in-
ngi solet, si magnus ardor adsit. *oleo rosaceo, Viol. ung. infrigid. Gal.*
ucilag. sem. psyllij. & c.

LXXIV. Ultimo ea quoque medicamenta, quæ peculiari
ualitate dicuntur febribus resistere proponere placet.

1. *Vng. Populeum cum telis aranearum, ante accessionem, carpis ma-*

naum, & temporibus applicatum. 2. Sennertus commendat Tarcon in Tertianis, si detur cum saccharo & lacte amygd. dulc. 3. commendat Chamamelum l. 3. de simpl. medicam. facultat. cap. 110. adstipulatur Iohan. Anglicus c. propr. exhibetque succum chamamelatum, clarificatum, ad pondus ℥ss. vel ℥j. edulcoratum cum saccharo vel glycyrrhiza, per tres dies continuos, mane, ad pondus quartarii unius, vel dimidij. Infundit autem in lacte amygd. dulc. vel prisanæ horæ succumque inde exprimit. 4. Anserina cum sale & aceto rusa, & pulvis corporum ante paroxysmum imposita. 5. Folia Bursa pastoris, aut peragin. vel sambuci, vel ruta, vel urtica, vel Calendul. aceto subacta, & Ete modo applicata. 6. Decoctum Radicum succise. 7. Spiritus vitæ li aut salis ad guttas aliquot in jussulo aliquo carnis, vel alio conveni liqore exhibitus. 8. Tartarum vitriolatum eodem modo sumptum. 9. Cataplasma ad pulsus utriusque carpi per duas horas ante paroxysmum impositum. Rec. urtic. min. Mitela. araneæ. ℥ss. salis communis cochl. i. & affundatur aceti cochl. i. Misce. Plura videantur apud I. Eticos, qui consulendi.

LXXV. Superfunt tandem symptomata, quæ ita quandoque urgent, ut iis suppetias ferre cogamur: ut sunt Vigiliæ, dolores capitis, asperitas, nigredo, ac lentor linguae, oris item ac lingua siccitas. Verò sublato morbo, causaque morbifica, à quibus dependent, & tolluntur: Quia vero interdum adeo urgent, ut iis occurrere dum sit, ne vel vires prosterantur, novusve morbus progigatur, vel præsens morbus augeatur, iis aliquo modo etiam prosciendum.

LXXVI. Vigiliæ ergo excitantur ab omnibus causis, quæ somnum & quietem interpellant: ut plurimum autem hæ inferuntur à calidis, acribusque vaporibus, cerebrum ferientibus, siccitantibus, & calefacientibus, spiritusque supra modum discutientibus. Tolluntur soporiferis, tam internis, quam externis. Ex internis sunt aq. Lactuc. papav. alb. & rubr. Violar. Nymph. solan. &c. his adfusi sunt syr. papaverin. Nymph. Violar. Diacodion, & alia: opiata item ut Requies Nicol. Philonium Roman. Nicol. Micleta, Laudan. opiatum, & rea Alexandrin. recens, &c. Cautè tamen & prudenter usurpanda sunt. Extrinsecus temporibus, fronti & naribus illinuntur. Ol. Nymph. Papav. Solan. Hyoscyami, Mandragoræ, Ung. Populeum, ung. soporiferum. Huc etiam referuntur Capitis & pedum lotiones, ex decocto capitis

capitum papav. fol. Nymph. Vitis vinifera, Lactuc. Violar. salic. malva, hyo-
cocyami facta.

LXXVII. Dolori capitis occurritur si materia morbifica
evacuatur. Sed interdum ita excruciat corpus, ut necesse sit il-
li sese opponere. Mitigatur autem *oxyrhodin. Vng. Rosat. ung. Po-*
ruleo, & Alabastrin. Ol. Rosar. Nymph. Ligustrin. papaverin. ranar. Violar.
Aq. Rosar. papav. errat. alstnes, fl. ligustri, plantag. Solan. Lactuc. Sem-
perviv. Nymph. fl. sambuci, Verbenæ, aceto rosaceo vel fl. sambuci permisto.
Intrinssecus adhibentur quæ evaporationes arcent, bilisque acrimo-
niam, ac fervorem temperant; Talia sunt *conserv. fl. Nymph. Ro-*
sar. & Violar. Vitriolata, vel sine vitriolo, syr. Limon. de Ribibus, de Berberi-
bis, de agresta, acetosellæ, cerasor. acidor. de Rubo Idæo. Succus Berberum, Ri-
bium, Granator acid. Ribesia condita, Berberes conditi &c.

LXXVIII. Sitis etiam quandoque adeo urget, ut cura-
tionem ad se trahere videatur, ortum autem habet ab intemperie
ventriculi calida & sicca, itemque ab humoribus biliosis in ven-
triculo contentis: Illa satiatur potu; hæc inexplabilis est: utrum-
que vero præstamus syrupis, Julepis, Conservis, Electuariis, Tabula-
tis ac Trochiscis supra descriptis: Emendatur quoque collutioni-
bus oris, masticatione placentarum rapi, citri, glycyrrhizæ, reten-
tione crystalli in ore.

LXXIX. Oris Siccitas ut & linguæ iisdem fere medica-
mentis tollitur, quibus admiscetur *mucilago sem. psyllij, malva, cydon.*
hordei cum aquis refrigerantibus & humectantibus elicita; non inutile
quoque est *Diamoron cum decocto Prunorum, passul. Jujubin. viol. usur-*
patum.

LXXX. Asperitas, nigredo & ariditas linguæ aliquando
ita urget, ut præ siccitate & ariditate dehiscat ac findatur lingua,
unde loquela, gustus, & deglutitio læditur; hinc illi obviam eun-
dum per divertentia, derivantia, lenientia & refrigerantia medi-
camenta. Ex Topicis commendantur *Aq. Solan. Portulac. papav. er-*
rat. Plantag. Nymph. Prunell. fl. Ligustri, syrupus semperviv. simpl. & com-
pos. Augustan. Iujubin. Granat. dulc. glycyrrhizæ, Diamoron, Dianucum,
Butyrum recens aqua lotum, mucilago ex contusis gammariis cum aq. semper-
viv. aut prunellæ per linteum expressa, sæpiusque linguæ admota: Item Tab. de
nitro cum dictis aquis dissoluta.

LXXXI. Lentor vero linguæ tollitur gargarisationibus,
& col-

& collutionibus oris ex aquis recensitis & aceto Rosaceo, & mellite paratis.

LXXXII. *Hec de Pharmacia & Cheirurgia : Restat D*
ultimum membrum nostræ disputationis, quæ consistit in legitimis
sex rerum non naturalium.

LXXXIII. *Aër ergo primum sit frigidus & humidus*
si natura talis non sit, arte comparandus, irrigando pavimenta
frigida, aut eadem conspergendo floribus, herbis, & germinibus
refrigerantibus & humectantibus.

LXXXIV. *In exhibendo cibo observanda est forma, q*
titas, qualitas, & tempus.

Quoad formam, victus ratio seu Dieta triplex est tenuis, me
cris, & crassa, quæ varianda est ex virium cum causa morbifica
latione, neque plus exhibendum, quam vires ferre queant, vic
dumque an natura in morbo propellando, causaque morbifica
tirpanda occupata sit, tunc à suo munere non est avocanda: C
propter Regulæ illæ Hippocrateæ sect. prima Aphorismorum tre
diligenter sunt notandæ. Victus qui ad extremam pervenerit tene
sem, molestus; Si quidem quæ ad summam plenitudinem perducta sunt
pletiones, molestæ. 1. aph. 4. In victu tenui peccant egroti, quo fit ut na
ladantur: Siquidem quodvis peccatum gravius hic, quam in paulo pler
victu solet esse. Ibid. aph. 5. Cum morbus peracutus est, extremos pa
nus labores habet, summeque tenuissimo victu est utendum. Ibid. apho
Cum morbi vis est maxima, tum vel tenuissimo victu est utendum. apl
Quibus statim vigor futurus est, tenuiter statim nutrire oportet. Ibid. a
10. Quomodo vero ratione virium cibus sit concedendus id ex
9. & 13. ejusdem sectionis patet: In priori dicit, Sed & ex egroto conse
ram facere oportet, an is cum præscripto victu perstet ad morbi usque vi
rem, an prius deficiat, imparque cum tali victu succumbat, quam ce
morbus & obtundatur. In posteriore vero inquit, Ietunium senes
decrepiti ferunt &c. Insuper consuetudo & vitæ genus hic multu
quoque valet.

LXXXV. *Quantitas cibi itidem ex virium cum mor*
collatione colligitur; Nunquam enim plus cibi ingerendum, qua
à natura concoqui possit.

LXXXVI. *Qualitatem cibi quod attinet, consideratur cibi*
vel quatenus alimentarius, vel quatenus Medicinalis est. Cib
alime

alimentalis tantum nutritionis gratia, & ad vires conservandas exhibetur, sitque talis cibus, qui concoctu sit facilis, boni succi, facilis distributionis, & minime excrementitius: *Quale est jus carniū gallinarum, bubulorum, Vituli &c. panatella ex jure pulli, jura restaurantia; Ova tremula, Panis triticeus bene fermentatus, & pistus, carnes pullorum, gallinarum, hedorum, vitulorum, perdicum, phasiani, pisces saxatiles.*

LXXXVII. Cibus vero ut Medicinalis consideratus, sit refrigerans & humectans, secundum Hippocr. 1. aph. 16. *Victus humidus cum febricitantibus omnibus tum pueris utilis est.* Ex vegetabilibus commendat Gal. l. 1. de curand. rat. ad Glauco. c. 9. *Atriplicem, blitum, malvam, lactucam; Quibus addi queunt portulaca, buglossa, acetosa, endivia, cichorium ejusque radices, poma cocta, cerasa & pruna acida, passulae majores & minores, cremor hordei, ptisana diēta: Ex piscibus laudat Gal. saxatiles; quales sunt trutta & thimalli, lucij, salmunculi, perca, funduli; Præterea eorum animalium carnes eligit, quæ molles carnes habent, ut sunt gallinae, pulli gallinacei, capi, vituli, hedi, verveces &c. Alimenta contra calida, sicca, acria, salita, ac aromatizata rejicienda sunt.*

LXXXVIII. Tempus exhibendi cibos est commodissimum remissionis vel intermissionis & ἀπαυξίας, secundum placitum Hippocr. In ipsis accessionibus abstinere oportet, cibum enim dare noxium est, & cum per circuitus irritantur morbi in ipsis accessionibus abstinendum. 1. aph. 11. & 19. Galen. tamen l. 10. M. M. c. 3. & 4. monet, aliquando in ipsa accessione, vel paulo ante illam, aliquid cibi exhibendum esse, idque corporibus calidis, siccis, biliosis, raræ staturæ, ne vires nimium dissolvantur, tales enim naturæ inediam ferre non possunt.

LXXXIX. Non minor, imo fere major per febres potus, quam cibi cura habenda est. Nam cibos plerumque febricitantes averfantur, ac nō nisi inviti sumunt, potum autem avide expetunt. Cibus enim quandoque fomes est febris, potu vero calor attemperatur ac mitescit, siccitasque prohibetur: est tamen modus servandus in exhibendo potu. In continua ergo febre, primis diebus parcius propinandus potus, posterioribus autem temporibus, ubi æstus, & sitis urgent, viresque languent, plus concedendum: In intermittente vero tempore paroxysmi, à potu, quantum fieri potest, absti-

abstinendum. Sit autem Potus Decoctum hordei cum passulis, cerevisia
bordacea: Loco potus possunt quoque esse Julepi isti refrigeran-
tes, ex julepo Rosar. vel Violar & aliquot guttulis spiritus Vitrioli, cum si-
co granat acid. citri, & saccharo parati, & similes potus: A vino vero pl-
ne abstinendum in continua & exquisita, in notha autem conce-
dere potest vinum aqua dilutum, & quidem extra paroxysmum temp-
re *ἀπογεῖλος*. Interdum & aqua simplex frigida, si consuetudo, vi-
genus, & vires consentiant, concedi potest.

LXXXIX. Quies in Tertianæ febris commodissima est. Na-
motu humores quiescentes, ac quasi sopiti, agitantur, & incendun-
tur, ac febris Tertianæ ansam præbent; ejusque loco potius leves
ambulationes, & frictiones conducunt.

LXXXXI. Somnus quoque & vigiliæ, si sint moderatæ
ad virium refocillationem, morbiq. curationem faciunt: Na-
somnia, & moderatæ vigiliæ, spiritus, ac sensus excitant, ac veg-
tiores reddunt, calorem in omnes corporis partes distribuunt, &
menti distributionem adjuvant, excrementorumque propulsionem
promoveant. Hoc tamen observandum quod in principiis accen-
sionum, quibus humorum motus fit à circumferentia ad centrum
dormire sit prohibitum.

LXXXXII. Alvus laxa, ad valetudinem recuperandam
non parum ponderis atque momenti habet: Contra adstricta me-
bum adaugere: Aperta ergo servanda est prunis, passulis, butyro, Lactuca,
spinachia & similibus assumptis.

LXXXXIII. Affectus animi, ira potissimum, & excandescen-
tia, cura, meditationes, tristitia, sollicitudines &c. vitentur. Juvat vero
tranquillo & pacato animo esse.

DEO SIT LAVS, HONOR ET GLORIA.



AD DANIELEM ESPICHIUM
Fratrem Germanum, Medicinæ
Candidatum.

MUcusque, fateor, tempus haud apparuit
Aptum, Tibi quo gratulandum carmine,
Aptissimum nunc exhibes: Nam publicam
Tenere cathedram, Præsidis peritiâ
Non antè munitam, atque disputantium
Sic ordines inire, res quò major est,
Quò gravius est negotium, jucundius
Idem simul, post tot labores horridos:
Eò exigit voces, precesque vota que
Ardentiora; sic proinde pectore
Toto adprecor Fratri meo, quod Fratris est
Precarier: Terra supremus Arbiter,
Reique Medica ReCTOR unicus, DEVS,
Medicam Tibi felicitatem cælitûs
Dimittat, ut sit grata, quam FEBRICITANS
Aliove morbo afflictus ager postulat,
Quamque applicas, medicaminum solertia,
Præxique cernas maximam atque divitem,
Non artis illa munus est, sed gratia.

Fraterni amoris contestandi causâ
scr.

Jacobus Valentinus Espich.
Jur. Candid.

Ad

Ad Fratrem Charissimum pro gradu
Doctorali disputantem.



*Feritate suum non falsò nomen habet
Febrim de medicis rebus docuere per
Nunc etenim nostros horrendo con
pit artus*

*Frigore, depellens quicquid natura caloris
Distribuit nobis, collidendo ossibus ossa.
Jam rursus tremulis expulso frigore membra
Alternis vicibus subito fervore fatigat
Et caput ac artus, rapido vehementior igni.
Felix, cui tanti tribuit cognoscere causas
Naturamq; mali, rerum productor & auctor
Qui sanos & aegrosq; jubet sua fata subire.
Ille tuis, Germane, precor, conatibus adsit,
Eventisq; potens faustis tua cœpta secundet.*

Animo gratulabundo
Scriptum à fratre

M. Jacobo Philippo Espi
SS. Theol. Stud.